



rationem ostendere corpus suum. & eius dem naturae.  
 & alterius glorie; Dicit eis pax vobis. Sicut missione pater  
 & ego mitto uos; Pater filium misit qui hunc pro redemptione  
 generis humani incarnari constituit. quem uidelicet in  
 mundo uenire ad passionem uoluit. Sed tamen amauit fili-  
 um quem ad passionem misit; Electos uero apostolos dominus non  
 ad mundi gaudium. Sed sicut ipse missus est ad passionem in mun-  
 dum mittat. Quia ergo & filius amatur a patre & tamen ad  
 passionem mittatur. Ita & discipuli amantur a domino quia tamen  
 ad passionem mittantur in mundo; Itaque dicitur; Sicut mi-  
 sisse pater. & ego mitto uos; id est et uos caritate diligo cum  
 inter scandala persecutionum mitto. quam caritate pater  
 diligit. quem uenire ad tollerandas passiones fecit. quam  
 uis mita etiam iuxta naturam diuinitatis possit intellegi.  
 eo enim ipso a patre filius mita dicitur. quo a patre generatur.  
 Nam semper quoque spiritus qui cum sit coequalis patri & filio. nota-  
 men incarnatus est; is dem se filius mittere prohibet dicens.  
 Cum uenit a patre & paratissimus quem ego mitto uobis a patre.  
 Si enim mita solummodo incarnari debere intellegi. ser-  
 proculdubio spiritus nullomodo diceretur mita. Quia nequaquam  
 incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est. quod de pa-  
 tre procedit & filio; Sicut itaque spiritus mita dicitur quia procedit.  
 ita & filius non incongrue mita dicitur quia generatur.  
 Hoc cum dixisset insufflauit & dicit eis accipite spiritum sanctum;  
 Querendum nobis est. quid est quod spiritus sanctus dominus noster. &  
 semel dedit in terra consistens. & semel caelo praesidens;  
 Neque enim alio in loco datus spiritus sanctus aperte monstratur. Ni-  
 sinunc cum per insufflationem percipitur. & postmodum  
 cum de caelo ueniens. In linguis uobis demonstrat;